

catholici, sed non canonizati, ut Ysichius^{hh}.⁶⁴), Beda presbiter, etⁱⁱ) Alcuinus Karoli magister, Rabanus^{kk}) et Strabus⁶⁵) eiusdem discipulus, Haimo^{ll}.⁶⁶) et ^{mm}) Ivoⁿⁿ) Carnotensis, Richardus et Hugo Parisiensis, aliique plurimi⁶⁷).

Tertium autem et infimum tenent gradum philosophi doctoresque gentilium. Nam etsi catholice fidei veritatem ignoraverunt, mira tamen et preclara quedam dixerunt de creatore et creaturis, de virtutibus quoque^{oo}) et vitiis, que et fide catholica et ratione humana manifeste probantur esse vera. Preterea quoniam artifici cuilibet in sua facultate discentem oportet credere, secularium scientiarum studiosis scholaribus, ut in eis proficiant, necesse est primitus philosophis earum inventoribus vel peritis ac disertis^{pp}) tractatoribus fidem adhibere, verbi gratia Prisciano^{qq}) in grammatica, Aristotili in logica, Tullio⁶⁸) in rhetorica, Ypocrati in medicina.

Porro ea, que nullam inter cetera dignitatem auctoritatis^{rr}) habent, ipsa sunt illa apocripa, quorum scilicet et actor penitus ignoratur et de veritate dubitatur. Itaque, si quando legantur^{ss}) a quoquam vel enarrentur, utrum credi^{ss}) vel non credi debeant, ipsius legentis vel audientis iudicio vel^{tt}) voluntati relinquitur, sicut cum rumores aliqui vel narrationes ignote^{uu}) ab illis plerumque, qui viderunt vel audierunt, — ut assolet — referuntur. Denique decretum Gelasii⁶⁹) pape, quo scripta

^{hh}) folgt et $D_2 D_3$ ⁱⁱ) fehlt H_2 ^{kk}) Rabbanus $D_1 D_3$
^{ll}) Lanfrancus, Anselmus $D_2 D_3$ ^{mm}) Paschasius, Lanfrancus, Anselmus D_1 ; Paschasius, Anselmus R ⁿⁿ) Hugo H_2 ; Ino N_3
^{oo}) fehlt N_3 ^{pp}) discretis $H_3 D_2 D_3$ ^{qq}) Preciano H_3 ^{rr}) auctoritatem H_3 ^{ss-ss}) fehlt H_2 ^{tt}) et N_3 ^{uu}) folgt cum D

⁶⁴) Hesychios von Jerusalem, dem lateinischen Bereich bekannt durch seinen Leviticus-Kommentar; vgl. Stegmüller, Repertorium biblicum medii aevi 3 (1951) S. 51 Nr. 3290.

⁶⁵) Walahfrid Strabo; er wurde irrtümlich als Verfasser der Glossa ordinaria angesehen, an der er jedoch nur indirekt geringen Anteil hat.

⁶⁶) Haimo von Auxerre.

⁶⁷) Die an diesem Ort aufgeführten Autoren sind führende Autoren des frühen und hohen Mittelalters, deren Authentizität noch nicht durch eine dem Decretum Gelasianum entsprechende offizielle kirchliche Verlautbarung gesichert war.

⁶⁸) M. Tullius Cicero.

⁶⁹) Das Decretum Gelasianum de libris recipiendis et non recipiendis ed. Ernst v. Dobschütz (Texte und Unters. z. Gesch. d. altchr. Literatur 38, 4, 1912). Es stammt nicht von Papst Gelasius I. (492—496), unter dessen Namen es bekannt ist und ins Decretum Gratiani c. 3 D.XV (ed. Friedberg Sp. 36—40) in gekürzter Gestalt Eingang fand, sondern wird von Dobschütz ins 6. Jh. datiert (bei Isidor zuerst bezeugt). Der Text der folgenden Kapitel 13 und 14 wurde nach Gratian und nach der Ausgabe von Dobschütz c. III ff. S. 29 ff. verglichen.